



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Angelii Bargaei Commentarius de Obelisco

Angèli, Pietro

Romae, 1586

Ad Alexand. Montealtvm Card. Ioannis Tonsi Ode.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13181

*Reddiderit stabilis pacis alumna, quies
Aeterni hæc spondent certissima signa decoris,
Aeternum nomen, quod super astra ferent.
Ardua magnanimi qui spectas stēmata Xysti,
Longè animo excelsō facta minora vides.*

*Annua tantarum sunt hac exordia rerum
Quod mirere magis maxima cœpta dabunt?*

AD ALEXAND. MONTEALTVM CARD.
IOANNIS TONSI ODE.

VIdes, ut alto vertice montium
Ceu lapsa aperto stella resederit
Cælo, superstantesq; montes
Aerios lapidi superbo?
Molem hanc, gigantum, non manus impia
Vetante struxit numine cælitum;
Ut excitata olim usque ad ignes
Sidereo ruitura turris:
Sed magnus Atlas robore sustinens
Virtutis orbem prouidus extulit;
Ut Crux super stellam locata,
Perpetuo niteat decore.
Diffusa latè, qua radiantia
Splendore miro lumina cernimus,
Non stella, sed Crux spargit, astris
Clarius aethereis refulgens.

I

Aegy-



*Ægyptus omnis, cuius in intimo
 Recisus ingens est gremio lapis,
 Quam gaudeat, si iam prophanos
 Aspiciat posuisse ritus,
 Deseruientem muneribus pijs ?
 Summo beatus consilio pater
 Quæ dempta Phœbo, prisco honori
 Purpurea Crucis arrogauit.
 O, perge cæpta flos iuuenum via,
 Exempla sectari usque domestica;
 Contende, ut in primis tuum ornent
 Religio, pietasq; pectus.
 Qua consequeris præmia, certa sunt.
 At florida atas, dum tacito pede
 Currit, moræ nulla interim, te
 Sollicitent, dubiumq; reddant.
 Euris citatis hora fugacior:
 Et quæ videntur tempora segnius
 Labi, breui cursu, ad secundas
 Ter referent propere coronas.*

MVTII RICCERII CAMERTIS.

*I Mmani transfert Obeliscos pondere Sixtus,
 Et locat in summo vertice signa Crucis.
 Hinc Casar victor victus cœlestibus armis*

Con-